

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

8 Maji. 8 Idus Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

8 Maij. 8 Idus Maij.

Sancte Victor Martyr, fustibus
cæse, qui tyranni minis respon-
debas: *Christianus sum; & Christo,*
uijus spiritu nutritior, totum me ab in-
eunte & atate consecravi: qui longâ fa-
me cruciatus, & bulliente plumbo
inter orandum perfusus, velut aquâ
recreatus es; & capite plectendus,
dixisti: *Gratias ago tibi, Domine Iesu*
Christe, quod me a civibus meis, Na-
bore, & Felice, Sanctis tuis, non separa-
veris. S. Victor, qui mortuus etiam
captivos è carcerè liberâsti; libera
me, quæso, ne in æternum carce-
rem detrudar post mortem; sed
æternus tuus sim civis in civitate
Dei, agámque gratias æternas Deo
Iesu, quod me tibi, & Sanctis civi-
bus tuis, Nabori, & Felici, junxerit
in æternitate. Amen.

S. Michaël Archangele, qui in
monte Gargano hodie apparuisti.

S. Acathi centurio, qui verbera-
tus, & maxillis contusis, pro con-
stantiâ Deum orans, vocem è cælo
audisti: *Acathi, esto constans!* qui
conversis plurimis, à splendide or-
natis Angelis posteà visitatus, solu-
tus, sanatus, pastus es: tandem con-

Bb 3 tritis

426 ANNI CÆLESTIS
tritis dentibus, à decem hominibus
virgis querens flagellatus, cùm I-
sum in clamores, iterum vocem, quæ
felix tibi promittebatur æternitas
audisti. Acceptâ verò mortis sen-
tentiâ, exultans exclamâsti: Quam
multis te linguis, Christe, dux vita
laudare vellem, qui me tali sorte di-
gnatus fuisti! ac denique, dato capi-
te, promissam æternitatem ingre-
sus es.

SS. Dionysi, & Helladi, Epi-
scopi.

S. Petre Archiepiscopo, cuius
tunc adhuc vivi, nomine implora-
to, captivi, in carcere clausi, te sibi
divinitus præsentem viderunt, &
à te porrectâ manu educti, ac in tu-
to sunt collocati: qui cibo modico
multos mirè pavisti: qui per hono-
res, absque omni elationis, vel vo-
luptatis, contagione, transivisti
benignitate in pauperes, miraculis,
zelo Catholico, pacis facienda
artibus, morte sanctâ, felix!

S. Amande, qui pallium Solis-
dio, velut clavo, appendisti; calu-
mnias fortiter passus, carnem ca-
stissimam flagro ferreo macerâsti;
in memoriam Christi passi; ditatis
pauperibus, factus ipse pauperi-
mus.

S. Wi-

TIS
ominibus
cūm J.
ocem, quā
eternitas
orūs sen-
ti: Quām
dux vīta,
i sorte dū-
ato capi-
m ingre-
di, Epi-

IX MAJ I.

427

S. Wiro Episcope.

S. Prisce Episc. irasci nunquam
vise; qui ignem calefaciendis sociis
illæsâ veste portâsti: cui, divina
celebranti, Angelos accinentes,
Pontifex, apud quem fueras accu-
latus, audivit: cujus cadaveri tu-
mulando, duæ tuæ sorores, unâ se-
pultæ, locum in medio fecére; id
quod ab illis vivus petieras.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 320.

S. MARIA, cujus imago hodie à
S. Gregorio, in lue Romanâ, per Ur-
bem, in supplicatione circumlata est;
Angelus, gladium in vaginam re-
condens, conspectus est. Mittē Ange-
lum, qui omnem in me, & à me, pestem
extinguat!

9 Maii. 7 Idus Maii.

S. Ancte Gregori Theologe, cui
Puritas, & Sapientia, Virginum
specie, spectabiles, mundum sibi
in corde tuo habitaculum præpara-
tum dixere: qui consuetos dolores
tuos, solo eo, quo divinis opera-
baris, tempore, non sensisti, mox
deinde reversos: qui spectato fre-
quenter Christo, Sanctorum, ac
doctorum familiaritate delectatus,

B b 4 multis